



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

*modo in læsa Majest:* quamvis etiam in his  
 excludi non possint probationes necessa-  
 riæ & defensiones legitimæ: citatio, præ-  
 statio juramenti, de calumnia vel malitia,  
 aut de veritate dicenda, & sententia defi-  
 nitiva in scriptis à Judice feratur, quando  
 de levioribus, & parvi momenti causis  
 non agitur, *per Gl. in L. 3. §. sciendum ff. ad  
 exhibendum.* Ordinarium verò seu plena-  
 rium, in quo judiciorum ordo solenniter  
 observatur, plena causæ cognitio adhibe-  
 tur, ut cum reo citato, libellus, seu actoris  
 intentio scripta editur, & litis fit contesta-  
 tio, præstito juramento calumniæ, re per  
 probationis legitimè excusâ, & sententia  
 postremo executioni mandatâ, nisi ea per  
 appellationem, vel restitutionem in inte-  
 grum, vel supplicationem suspendatur,  
 rescindatur, vel nulla declaretur, ut habet  
*L. prolatam, & ibi DD. C. de Sent: & interlocu-*

10. Et ordinaria quidem judicia plera-  
 que sunt, extraordinaria verò pauciora, &  
 legibus nominatim prodita; qualia qui-  
 busdam censentur, possessoria, de quibus  
*sup. concl: 6.* petitio bonorum possessionis  
 ex edicto Carbonis *per L. 3. ff. de Carb. ed.*  
 missio

missio in possessionem fundi *ex L. 2. C. ubi  
in rem act: causæ honorariorum & merce-  
dum L. 1. ff. de extr: cogn: causæ alimentorum,  
L. pen: ff. de his, qui sunt sui vel al. jur: Si pi-  
gnus captum negetur debitoris esse, L. à  
D. Pio 15. §. si rerum ff. de re judic: Si ad ex-  
hibendum agatur L. 3 §. sciendum ff. ad ex-  
hib: Si Pater liberis conditionem quære-  
re, aut dotare nolit, L. 1. ff. de rit. nupt:  
Si Pater, Mater, propinqui dissentiant,  
circa eligendum maritum mulieri, 25. an-  
nis minori, L. vidua 18. L. in conjunctione 20.  
C. eod. Deniq; quotiescunq; periculum in  
mora est, aut partes consentiunt, etiam  
causa, quæ alioquin ordinaria est, summa-  
ria posse fieri videtur, ut proinde hoc so-  
lo modo causas miserabilium personarū  
summarias agnoscamus, per L. un: C. quan-  
do Imp: int: pup: vel vid: contra Gail: 1. obser: 1.  
n. 40. & obs: 78. n. 3. qui simpliciter sum-  
marias censet; idemq; obtinet in causis  
matrimonialibus, contra quosdam, qui  
simpliciter summarias, & de plano exer-  
cendas scripserunt, sed malè, quò enim  
unaquæq; causa gravior, eò minùs de pla-  
no exerceri potest, per L. levia 6. ff. de ac-  
cus;*

*cus: L. omnia 71. ff. de R. I. Covar: p. 2. de Ma-  
trim: cap. 8. §. 12.*

II. Ex quibus facile deduces, non potest  
se Judicem pro arbitrio suo in qualibet  
causa coram se intentata summarie  
procedere, sed in illis tantum casibus,  
quos jura exprimunt *L. nec quidquam §. de  
plano ff. de offic. Procons.* in reliquis autem  
ibi non recensitis teneri servari proces-  
sum ordinarium, adeo ut neque legato  
à latere permissum sit per se cognoscere,  
vel delegare alteri causam cognoscendam  
summarie, quæ de Jure summaria non  
est, ut fuse *Gl. in cap. fin. de heret. in 6.* Sicut  
è contrà, si per rescriptum (ut sæpè fit)  
Judici mandetur, ut in causa certa pro-  
cedat summarie, non potest Judex ut  
processu ordinario, quia mandatum ha-  
bet procedendi summarie, quod ipse non  
potest invitis partibus ex se mutare, ut  
tradit *Gl. in Clement. Sæpe de verb. sign. cum  
Panor. ibid.* Dico partibus invitis, quia si  
partes consensum præstent, ut proceda-  
tur viâ ordinariâ, id Judex poterit, quia  
quamvis ipsi mandetur, ut de plano pro-  
cedat, id tamen factum est, in favorem

par-